# LEGES NOVELLAE

## AD THEODOSIANVM

## PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS

pag.

Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . . . . . . . VI

PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES

Cap. I. De singulis legum novellarum syllogis . . . . . . . . . XI

Cap. II. Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . . XXV

Cap. III. Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . . . . . . XXXI

Cap. IV. Codices tertiae syllogae . . . . . . . . . . . . . . XLIII

Cap. V. Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . . . . . . LV

I. Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . . . . .

II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . . . .

III. Breviarii Alariciani epitomae . . . . . . . . . LXI

IV. Breviarii minora . . . . . . . . . . . . . . LXIII

V. Libri latentes vel deperditi . . . . . . . . . .

Cap. VI. Legum novellarum editiones et apparatus . . . . . . LXV

Cap. VII. Crisis legum novellarum . . . . . . . . . . . . . . LXXVII

A. Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . . . . . . . . . . . . .

B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . . . . . . . . . . . LXXXIX

C. Leges novellae Anthemii . . . . . . . . . . . XC

Cap. VIII. Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . . XCI

I. Constitutionum acceptores . . . . . . . . .

II. Constitutionum tempora et loci . . . . . . . . XCVI

---

I. CORPVS LEGVM NOVELLARVM *THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI* IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1

II. LEGVM NOVELLARVM *MARCIANI* IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT 179

III. AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS *SEVERI ET ANTHEMII* . . . . . . . . . . . . . . . 197

---

Index titulorum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 209

Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . . . . . . . . . . 213

## CAPVT SEPTIMVM.

# CRISIS NOVELLARVM.

Leges novellae, quas hoc volumine edidi, non ita, ut ipse Theodosianus, ab uno corpore pendent, sed, ut capite primo exposui, tres partes distinguendae sunt. Nam in constitutionibus Theodosii II. et Valentiniani III. et in Maioriani plerisque a corpore novellarum occidentali proficiscuntur Maioriano imperante compilato, in constitutionibus Marciani omnibus, Maioriani duabus, Severi una a Breviario Alariciano eiusque additamentis, in Anthemianis denique a Breviario aucto. De harum trium partium crisi singulatim nunc a me disputabitur.

## A. LEGES NOVELLAE THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI (1—6).

De corpore Maioriani, quo continebantur novellae Theodosii II. orientales publicatae in Occidente et imperatorum duorum occidentalium Valentiniani III. et Maioriani, antequam agam, primum ex constitutionibus eo comprehensis enumerabuntur alibi quoque servatae. Quarum lectiones utilissimae sunt ad differentias diiudicandas, quae intercedunt inter exemplaria corporis Maioriani, nec raro etiam vitia tollunt omnibus exemplaribus huius corporis communia. Sunt autem hae:

1. Theodosii novella 1 adest Theodosiano praemissa in eius codicibus *ΔO*.

2. *Iustinianus* in codicem suum recepit ex Theodosianis 3 — 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 9 — 10, 1 — 11 — 12 — 13 — 14 — 16 — 17, 2 — 19 — 20 — 21 — 22, 1 — 22, 2 — 24 — 25 — 26, id quod in capite quinto vidimus.

3. Valentiniani novellae 17 et 18 in codicis Coloniensis 212 (nobis *Colon.*) collectione canonica, quam in capite quinto tractavi, sub numeris VI et V extant. —

Libros, qui maiorem minoremve partem legum novellarum corpore Maioriani comprehensarum continent, discedere vidimus in syllogas tres: Primam, quae sola servavit antiquam plenitudinem (aliquatenus certe) et ordinem vetustum, hodie repraesentat unus codex *Γ* accedentibus schedis Cuiacianis excerptisque paucis. Altera, scilicet Breviarium Alaricianum, constitutiones multas omisit, sed retento fere ordine antiquo. Tertia ex archetypo libri *Γ* simili, sed pleniore, Breviarium auxit, constitutionum ordine antiquo soluto; inter huius syllogae exemplaria eminent Fuldensis index et codices *ΔO*.

Ita nunc agam, ut primum disseram de crisi corporis Maioriani constitutionum in Breviarium Alaricianum primitivum receptarum, deinde de ceteris huius corporis legibus novellis extra Breviarium positis.

### I. Corporis Maioriani constitutiones in Breviarium primitivum receptae.

Constitutiones, quas ex corpore Maioriani prudentes Alariciani receperunt, sunt hae secundum numeros meos:

*Theodosii II.* 1 = Brev. I (prima postremaque perierunt in *Γ*) — 2 = Brev. II (periit in *Γ*) — 3 = Brev. III (extrema sola supersunt in *Γ*) — 9 = Brev. IV — 11 = Brev. V —

13 = Brev. VI — 14 = Brev. VII — 15 = Brev. VIII — 16 = Brev. VIIII — 20 = Brev. X — 22, 1 = Brev. XI, 1 — 22, 2 = Brev. XI, 2.

*Valentiniani III.* 1, 3 = Brev. VII (periit in *Γ*) — 14 = Brev. I — 18 = Brev. II — 19 = Brev. III — 21, 1 = Brev. IV, 1 — 21, 2 = Brev. IV, 2 — 23 = Brev. V — 25 = Brev. VI — 27 = Brev. VIII — 31 = Brev. VIIII — 32 = Brev. X — 33 = Brev. XI — 35 = Brev. XII.

*Maioriani* 7 = Brev. I (periit tota fere in *Γ*).

Duae nunc quaestiones oriuntur, prima quae ratio intercedat inter librum *Γ* et Breviarii Alariciani codices, altera quales sint exemplarium Alaricianorum ipsorum diversitates. Ad quas recte diiudicandas simplicissimum visum est laterculo proposito secundum ordinem traditum componere differentias, deinde de singulis quaestionibus iudicium ferre. *Brev.* ubi in hoc laterculo memoratur, etiam Breviarii aucti (scilicet tertiae syllogae) libri comprehenduntur; ubi opus videbatur, et decurtatorum ratio habebitur. Praeponitur lectio, quae videtur esse vera.

| | | |
|---|---|---|
| Theod. 1, 5 | ne a quoquam] *ΔO* | nec a quamquam *N*, nequam *XL*, nequaquam *Γ et Brev. reliqui, def. KıΔ* |
| — 1, 11 | scita] *ΔO Parisin.* $4409^{II}$ *cum ΓL Parisin. 4410* | scientia (-am *G*) *NGXCPMS*, statuta *EΦ*, scripta *H*, *def. KıΔ* |
| — 1, 19 | nube] *ΔO cum Brev.* | nunc *Γ*, *def. KıΔ* |
| — 1, 20 | nulli] *Paris.* $4409^{II}$ *cum ΓıHNELΦ* | nulli itaque *ΔO*, nihil *Brev. reliqui, def. KıΔ* |
| — 1, 29 | satis] *ΔO Paris.* $4409^{II}$ *cum L*, siat *Γ* | *om. Brev. reliqui, def. KıΔ* |
| — 1, 37 | regestis] *Γ et Brev.* | gestis *ΔO*, *def. KıΔ* |
| — 3, 75 | servata] *HNE *EXCΦıO* | servamus *GPMS*, *def. ΓLıΔ* |
| — 3, 88 | notitiam] *Brev.* | sciencia *Γ* |
| — 14, 88 (int.) | adire noluerint] *NESKL* | adierint *GXCPM*, *def. HıΔO* |
| — 14, 93 (int.) | pertinere] *NGXCPM* | pervenire *ESKL*, *def. HıΔO* |
| — 15, 10 | curias enervare] *EᵛXCPMSıO* | curia se servare *Γ*, curias servare *K*, curias insenuare *Eı*, curia sine suasure *N*, curias manifestare *G*, *def. HLΦıΔ* |
| — 15, 14 | deferat] *ΓESK* | deserat *GXCPM*, deserviat *NıO*, *def. HLΦıΔ* |
| — 16, 13 | omnimodo] *ΓESKLıO* | omnino *GXCPMΦ*, *def. HNıΔ* |
| — 20, 11 | nili tantum] *ESKLΦı*ΔO*, lini tantum *Γ*, limitatori *Grom.* | militantum *HXC*, mari (-ris *G*) tantum *GPM*, *def. NıΔ* |
| — 22, 1, 25 | solita] *ΓES* | sollicita *GXCPMKıO*, *def. HN LΦıΔ* |
| — 22, 1, 66 | naturales (-lis *E*)] *ESıO cum Iust.* | natales *ΓıGXCPMK*, *def. HN LΦıΔ* |
| — 22, 1 subscr. | eudoxio et dioscoro] *Iust.* | maximo ii et paterio *libri nostri* |
| — 22, 2, 18 | ad quem] *Iust.*, adque *Γ* | ad quem vel *Brev.*, *def. HNELΦıΔ* |
| — 22, 2, 43 | omnium rerum indago] *ΓıHX CKıO* | omnibus requirendarum actio *G PMS*, *def. NELΦıΔ* |
| — 22, 2, 99 | tuae celsitudinis] *Γ* | tui culminis *Brev.*, *def. NELΦıΔ* |
| — 22, 2, 104 | nec interest] *ΓıH(?)KıO cum Iust.* | nec in heres *XC*, ne quidem res *GPMS*, *def. NELΦıΔ* |
| — 22, 2, 111 | naturale] *Brev. cum Iust.* | naturae *Γ*, *def. NELΦıΔ* |
| Valent. 1, 3 inscr. | idem aa.] *L* | impp̄. th. et valent. aa. *Brev. reliqui, def. ΓıHNK* |
| — 1, 3, 17 | terror (-ore *L*)] *ESLΦıΔO et tertiae syllogae decurtati* | error (-ore *G*) *GXCPM*, *def. Γı HNK* |
| — 1, 3. 50 | revocetur (-entur *E*)] *ESLΦıΔO et tertiae syllogae decurtati* | revocitus *XC*, revocatus *GPM*, *def. ΓıHNK* |

| | | |
|---|---|---|
| Valent. 1, 3 subscr. | et manu divina .... et ad latus] *ESL Parisin. 4414. 4415* | *om. GXCPMΦ:ΔO et tertiae syllogae decurtati, def. Γ:HNK* |
| — — | recitata .... prid. id. mart.] *E Parisin. 4414. 4415* | *om. GXCPMSLΦ:ΔO et decurtati, def. Γ:HNK* |
| — 14 rubr. | non] *Γ* | nomine *X (context.)*, minime *Brev. reliqui, def. NK* |
| — 14, 11 | numquam] *ΓESL:Δ* | nonnumquam *HGXCPM:O, def. NK:Φ* |
| — 18, 7 | manifestissima] *ΓESL:ΔO Vat. 1050 cum Colon.* | manifesta *HGXCPM, def. NK* |
| — 19 rubr. | de homicidiis casu factis necne] *Γ* | de homicidiis (-dio *XC*) casu factis (-to *XC*) *XCPMS*, de homicidiis casu an (vel **ΔΔ*) voluntate factis *Brev. reliqui*, de homicidiis *O, def. HNK* |
| — 19 subscr. | et manu divina .... pkaa] *EXCPMSL:ΔO* | *om. Γ, def. HNGKΦ* |
| — — | pp. prid. id. dec. in foro traiani] **ΔΔΩΣΞ Paris. 4408. 4411:4414. 4415, imperfecte Leid.:XC Paris. 4409* | *om. Γ:EPMSL Paris. 4410:O, def. HNGKΦ* |
| — 21, 1, 14 | condetur] *ΓSL:O*, conditur *Φ:Δ* | conditoris *GEXCPM, def. HNK* |
| — 21, 1, 17/18 | successionis .... ipsum quod serenitati .... obtulerunt sit] *ΓSL:ΔO* | serenitati ..... obtulerunt sit \| successionis .... ipsum quod *commatibus transpositis GXCPMΦ*, succ. .... quod *et ante* serenitati *et post* obtulerunt ut (*pro* sit) *E, def. HNK* |
| — 21, 1 subscr. | prop. in foro divi traiani] *sic fere GXCPM Paris. 4414. 4415:ΔΨΘΩΣΞ Paris. 4408. 4411. 4413* | *om. ΓESL Paris. 4409. 4410:O Leid., def. HNKΦ* |
| — — | antelata edicto albini ii ppo et patricii] *sic fere GXCPM:ΔΨΘΩΣΞ Paris. 4413* | *om. ΓESL Paris. 4409. 4410. 4414. 4415:O Leid. Paris. 4408. 4411, def. HNKΦ* |
| — 21, 2 inscr. | idem aa.] *ΓLΦ:Δ* | impp. th. et valent. aa. *GEXCPMS, def. HNK:O* |
| — 21, 2 subscr. | acc. vi k. ian. rom. (acc. .... rom. *om. *ΔΔ Leid. Paris. 4409*) prop. v k. ian. in foro traiani conss. ss.] *sic fere GXCPM Paris. 4409. 4410. 4414. 4415:*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4413* | *om. ΓESL, def. HNKΦ:O* |
| — 23 rubr. | de sepulcri violatoribus] *sic fere ΓES (lat. β) L Paris. 4414. 4415: *ΔΔ Paris. 4408* | de sepulchris *GXCPMS (context. et lat. α) Φ:O, def. HNK* |
| — 23 inscr. | albino] *Brev.* | basilio *Γ* |
| — 23, 52 | legem .... concepimus] *Brev.* | *om. Γ, def. HNPK:Σ* |
| — 23 subscr. | prop. in foro .... ii ppo et patricii] *sic fere GXCM Paris. 4409. 4414. 4415:ΔOΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413* | *om. ΓESL, def. HNPKΦ:Σ* |
| — 25, 30 | fratrem] *ΓES:Δ*, frater *Φ* | *om. GXCPML:O, def. HNK* |
| — 25 subscr. | prop. in foro tr. v id. iun. antelata edicto albini uc] *sic fere GXCPM Paris. 4409. 4414. 4415:ΔΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413* | *om. ΓESL:O, def. HNKΦ:Σ* |

| | | |
|---|---|---|
| Valent. 27, 15 | periculosius] *ΓSL$^1$ΔΨΘΩD* | perniciosius *GEXCPMΦ Paris. 4409. 4410. 4414. 4415*, laboriosius *O, def. HNK$^1$Σ* |
| — 27, 22 | gloriae .... studio] *Brev.* | *om. Γ* |
| — 27, 35 | dicendo] *Brev.* | incendio *Γ* |
| — 27 subscr. | ppa in foro .... firmini viri inl. ppo] *sic Paris. 4414. 4415*, firmine ppo coss. *L*, praepo *E* | *om. Γ$^1$NGXCPMS$^1$ΔOD et reliqui, def. HKΦ* |
| — 31 rubr. | de colonis vagis et de advenis] *Γ* | de colonis vagis vel agnatione eorum et de advenis *Brev.*, de colonis vagis *O* |
| — 31 inscr. | imp. valent. a. *(om. L)*] *SL* | impp. th. et valent. aa. *Γ et Brev. reliqui*, idem augusti *O, def. HK* |
| — 31, 11 | praescriptionis] *NGXCPMΦ$^1$ΔO* | praeceptionis *ΓESL, def. HK* |
| — 31, 26 | valeat] *Γ* | valebit *Brev.* |
| — 31, 38 | discedendi] *O cum Burg. et Theoderic.*, de se cedendi *Δ* | recendi *Γ*, recedendi *NGEXCP MSLΦ, def. HK* |
| — 31 subscr. | acc. iii non. feb. romae prop. in foro traiani] *Cui. ed. 1 sola* | *om. libri nostri omnes* |
| — 32, 2 | recenti] *ΓL*, praesenti recenti (-tique *S*) *ES lectione utraque coniuncta* | praesenti (-tibus *XC*) *NGXCPM Φ$^1$ΔO, def. HK* |
| — 32, 42 | subscriptoribus] *ΓESLΦ* | subscriptionibus (-tione *H*) *HNG XCPM$^1$O*, susceptionibus *Δ, def. K* |
| — 32, 64/65 | ad auditoria sumptuosa venire (sumptus advenire *L*) cogantur] *ΓESL* | ad require *(sic X*, ad requirere *Δ*, aut requirere *H*, adquirere *NΦ*, id requirere *GPM*, ad requirenda *C)* auditoria (adiutoria *H*) sumptuosa v. cogantur *HNGX CPMΦ$^1$Δ*, auditoria sumptuosa cogatur requirere *O, def. K* |
| — 33 inscr. | imp. valent. a.] *Brev.* | impp. theud. et valent. aa. *Γ* |
| — 33, 26 | omnium] *ΓESL* | communium (-num *X*, -nem *O*) *HNGXCPMΦ$^1$ΔO, def. K* |
| — 35, 41 | episcopis] *Γ* | episcopis ut dictum est *Brev.* |
| — 35, 55 | contributa] *ΓESL* | adtributa *NGXCPM$^1$OD Vat. 520, def. HKΦ$^1$Δ* |
| — 35, 86 | et scitis (ei sicut eis *G*)] *Brev.* | et sciens *Γ* |
| — 35, 138 (int.) | loquitur] *ESK$^a$L* | loquitur dicit *Brev. reliqui*, loquitur constat *Paris. 4409 cum K$^b$* |

Iam per capita explicabuntur leges de textus crisi hinc derivandae.

*Γ et Brev.* 1. Breviarium saepenumero contra codicem *Γ* lectionem servavit veram vel verae proximam, hiatus eius explens Valent. 23, 52 — 27, 22, traditam lectionem emendans Theod. 1, 19 (cum *AO ante Theodosianum*) — 3, 88 — 22, 2, 111 (cum *Iust.*) — Valent. 23 inscr. — 27, 35 — 31, 11 — 33 inscr. — 35, 86.

2. Non minus frequenter codex *Γ* contra Breviarium genuina servavit vel genuinis proxima, accedente codice altero nullo, scilicet locis his: Theod. 22, 2, 18 (cum *Iust.*) — 22, 2, 99 — Valent. 14 rubr. — 19 rubr. — 31 rubr. — 31, 26 — 35, 41, aliis.

*ESKL emendati* 3. Quattuor Breviarii codices *ESKL* ex codice libri *Γ* simili emendati sunt, ita ut cum *Γ* contra Breviarii libros reliquos locis permultis concordent: exemplo sunt Theod. 15, 14 — 16, 13 (cum *O*) — Valent. 14, 11 (cum *Δ*) — 18, 7 (cum *ΔO Vat. 1050* et *Colon.*) — 21, 1, 17/18, ubi commata duo in Breviario transposita, recte ordinata in *ΓSL* (et *ΔO*) emendationem aperte produnt, cum *E* comma *succ. .... quod* bis proponat secutus et

codicem *Γ* et Breviarium — 23 rubr. (cum classis *E* libris decurtatis *Parisinis 4414. 4415* et *ΔΔ Parisin. 4408*) — 32, 42 (cum *Φ*) — 32, 64/65 — 33, 26 — 35, 55. Memoratione dignum est, quod Valent. 31, 11 Breviarii lectio vera *praescriptionis* ad falsam *praeceptionis*, quae est in *Γ*, oblitterata est in *ESL* (deficit *K*); item Theod. 15, 10 pro vero *curias enervare* falsa lectio codicis *Γ curia se servare* mutatur in *K* (deficit *L*) in *curias servare*, in *E*[1] in *curias insenuare*. Breviationes quoque subscriptionum, quas *Γ* in novellis Valentiniani quattuor 21, 1 — 21, 2 — 23 — 25 adscivit, in libris *ESL* (deficit *K*) redeunt.

Archetypus codex, a quo libri *ESKL* in his pendent, non fuit ipse *Γ* neque alius corporis Maioriani codex, sed Breviarii liber integer, similis ille quidem codicis *Γ*, sed plenior in ipsius Breviarii novellis. Nam huius generis lectiones ibi quoque reperiuntur, ubi *Γ* hiat, neque minus in interpretationibus (ut Theod. 14, 88 — 14, 93 — Valent. 35, 138). Nonnullis novellae Valent. 1, 3, quae in *Γ* (et *K*) deficit, locis libri *ESL* emendationis vestigia prae se ferunt, ut 1, 3, 17 — 1, 3, 50 (his duobus locis una cum *Φ* et tertia sylloge) — 1, 3 subscr. (una cum *Parisinis 4414. 4415*). Hic librorum *ESKL* archetypus passim meliores codice *Γ* lectiones praestabat, id quod Theod. 20, 11 — 22, 1, 66 — Valent. 31 inscr. demonstrant.

Primum inter hos codices locum tenet liber *L* aetate princeps neque omnino, ut in Theodosiano, spernendus; saepius enim, ubi *ES* emendati non sunt et *K* hiat, aut solus (ut Valent. 1, 8 inscr.) aut cum *ΓΦ*[1]*Δ* (Valent. 21, 2 inscr.) aut cum *Γ* et libris *ΔO Parisino 4409* (Theod. 1, 11 — 1, 29) veram lectionem servat. Semel tantum (Valent. 25, 30) emendatione, quam *ES* una cum *Φ* proponunt, carere eum repperi. *L*

Neque minus liber *K*, qui locis modo laudatis hiat, ubi deficiente *L* extat, verum contra *ES* una cum *Γ* passim praestat (ut Theod. 22, 2, 104). Raro reliquos Breviarii libros sequitur, ut Theod. 22, 1, 25 (contra *ΓES*) — 22, 1, 66 (una cum *Γ* contra *ES* cum *O* et *Iust.*). *K*

Saepius *E* cum deterioribus stat contra libros emendatos (ut Valent. 21, 1, 14 — 21, 2 inscr. — 27, 15 — 31 inscr.). *E*

Codicem *S*, qui in Theodosiano et in novellis Marciani neque minus Maioriani 7. 11 (vide p. LXXXIX sq.) atque omnino ibi, ubi textus eius a solo Breviarii archetypo non emendato pendet (ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43 — 22, 2, 104), plane libros deteriores *GPM* sequitur, multis locis longe inde recedere et veras lectiones plerumque exhibere videmus; Valent. 31 inscr. genuina una cum *L* servat. *S*

Singularem locum tenet *Φ*: saepenumero enim vera proponit aut easdem atque libri *ESKL* emendationes exhibens (ut Valent. 1, 3, 17 — 1, 3, 50 — 21, 1, 14 — 21, 2 inscr. — 25, 30 — 32, 42) aut libros deteriores contra *ΓESL* secutus (Valent. 31, 11); neque vero rarius una cum deterioribus falsa habet (ut Theod. 16, 13 — Valent. 21, 1, 17/18 — 23 rubr. — 32, 2 — 32, 64/65 — 33, 26). — *Φ*

Ex eis quae exposuimus satis apparet librarios codicum *ESKL(Φ)* vel eorum codicum, ex quibus descripti sunt, quamquam vel in hiatibus cum *Γ* consentientes Breviarii archetypum huius libri similem potissimum sequuntur, tamen alterius etiam archetypi copiam habuisse, ad quem nonnumquam se applicant. Ita Valent. 32, 2, ubi in Breviario est *praesenti*, in *Γ recenti*, cum codex *L* (deficit *K*) cum *Γ* stet, *ES* utramque lectionem coniunctam habent *praesenti recenti (-tique S)*. Similes dittographias, quae duas recensiones repraesentant, liber *E*, ut Valent. 21, 1, 17/18 praetermittam, pluribus locis in capite tertio (p. XXXIII) tractatis proponit. In novellis Marciani et Maioriani 7. 11 codices *KL* huiusmodi contaminationibus abundant (vide p. LXXXIX sq.).

4. Ubi emendationum vestigia desunt, Breviarii codices in familias duas distribuuntur: melior libros *HNEKL* et plerumque *Φ* comprehendit; deterioris ordinis sunt *GXCPMS*. Sed, ut in Theodosiano, fines utriusque familiae certo discerni nequeunt. Ita saepenumero *XC* cum melioribus libris stant vel emendati, ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43, vel tantummodo corrupti, ut Theod. 20, 11 — 22, 2, 104. At codices *GPM* semper fere gravissime errant passim pessime interpolati neque crebri sunt loci, ubi una cum *XC* vera retinent (ut Theod. 14, 93 — 15, 10); *PM* veram lectionem soli numquam praebent. ***Duae Breviarii non emendati familiae***

5. De libris *ΔO* et decurtatis ad tertiam syllogen pertinentibus accuratius capite quarto disserui, ubi trium huius syllogae classium consensus et dissensus singulorumque codicum singularitates explicavi. Hoc loco id tantum interest breviter exponere, quid *ΔO*

*ΔO* ad Breviarii novellas recensendas valeant quaeque ratio inter eos et *Γ* reliquosque libros intercedat. Codices *Δ*, qui in Theodosianis deficit, et *O*, ubi vera lectione utuntur, plerumque conveniunt cum codice *Γ* et Breviarii libris emendatis *ESKL(Φ)* (ut Theod. 16, 13 — 20, 11 — Valent. 1, 3, 17 — 1, 3, 50 — 18, 7 — 21, 1, 14 — 21, 1, 17/18 — 21, 2 inscr.), ad quos passim accedunt ex libris non emendatis meliores *HN* et *XC* (ut Theod. 3, 75 — 22, 2, 43 — 22, 2, 104). Theod. 22, 1, 66 *naturales* praeter Iustinianum servant *OES* (def. *Δ*), *natales* habent *Γ* et Breviarii reliqui; Valent. 31, 38 *discedendi (de se cedendi Δ)* recte praebent *ΔO* cum lege R. Burg. et edicto Theoderici, *recendi Γ* errore, *recedendi* Breviarii libri omnes scribunt. Sed, ut subscriptiones praetermittamus, raro accidit, ut *ΔO* veram lectionem contra *ΓESKL* exhibeant (e. c. Valent. 31, 11).

Ubi *Δ* et *O* dissentiunt, ille semper fere meliorem lectionem habet, ut Valent. 14, 11 — 23 rubr. — 25, 30 docent; loci Valent. 19 rubr. — 27, 15 — 31 rubr. — 31 inscr. — 32, 64/65 aliique multi, quos in laterculo neglexi, satis declarant lectiones a *Δ* una cum decurtatis exhibitas interpolando vel omittendo temere saepissime corrigi a Willelmo Malmesburiensi codicis *O* librario; exempla reperientur in apparatu (cf. Valent. 1, 3, 19 — 1, 3, 22 — 1, 3, 25 — 1, 3, 44 — 18, 3 — 19, 3 — 23, 45/46 — 25, 15 — 27, 30 — 27, 50 — 31, 2 — 31, 3 — 31, 8 — 32 inscr. — 32, 40 — 32, 56 — 32, 65/67 — 35, 30).

*AO* *Parisin. 4409*

6. Ad novellam Theod. 1 recensendam multum valent Theodosiani libri *A* (= Ambrosianus C 29 inf.) novellas reliquas non complectens et *O* modo tractatus. Qui hanc constitutionem, qua Theodosianus publicatus est quaeque vere locum suum ante eum habuit, huic praemittunt lectionesque proponunt longe meliores eis, quas corporis Maioriani exemplaria tradunt. Ita veram lectionem aut soli praestant, ut Theod. 1, 5, aut cum *Parisini 4409* insiticio (= *Paris. 4409*II) ex eiusdem generis archetypo deprompto et *ΓL*, ut Theod. 1, 11 — 1, 29, aut una cum Breviario contra *Γ*, ut Theod. 1, 19. Rarius corrupti sunt, ut Theod. 1, 20 — 1, 37. Unde hoc manifesto apparet Theodosiani traditionem longe praestare Novellis, sive Breviarii codicibus, sive primae syllogae libris servantur.

*Subscriptiones*

7. Subscriptiones constitutionum sylloge haec novellarum, dum integra fuit, tam plenas habuit, ut in nullo alio corpore inveniuntur; et adhuc ex hac sola sylloge exempla afferri possunt trium dierum[1]), constitutionis ab imperatore subscriptae[2]) et datae (vel emissae), constitutionis acceptae, constitutionis propositae (vel recitatae in senatu); sunt autem haec:

Valent. 21, 2 (446 data Dec. 26 — accepta Dec. 27 — proposita Dec. 28).
Valent. 23 (447 data Mart. 13 — accepta Mart. 27 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] Apr. 6).
Valent. 31 (451 data Ian. 31 — accepta Febr. 3 — proposita . . . .).

Aliae Valentiniani novellae in Breviarium receptae praeter diem constitutionis datae diem propositae servant, ut

Valent. 1, 3 (450 subscripta ab imperatore et data Mart. 5 — recitata in senatu Mart. 14).
Valent. 19 (445 subscripta ab imperatore et data Dec. 8 — proposita Dec. 12).
Valent. 21, 1 (446 data Oct. 21 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] . . . .).
Valent. 25 (447 data Iun. 3 — proposita [antelata edicto magistratus acceptoris] Iun. 9).
Valent. 27 (449 data Iun. 17 — proposita [sub edicto magistratus acceptoris] Iul. 20).

Nota diem constitutionis propositae inter Breviarii novellas non reperiri nisi in Valentinianis[3]), deesse in ceterorum imperatorum omnibus.[4])

---

[1]) Cf. Mommsen, *Zeitschrift der Savignyst. R. A.* 21, 165; *Theod. I* p. CLIV sq.

[2]) Imperatoris subscriptio servata est in Breviarii novellis Valent. 1, 3 (ad senatum) — 19 (Maximo), praeterea in nov. Valent. 9 et 16 (ad pr) — 17 (Aetio) — Maiorian. 1 (ad senatum).

[3]) Inter corporis Maioriani novellas extra Breviarium positas dies constitutionis propositae occurrit Valent. 2, 2 — 11; dies constitutionis acceptae reperitur Valent. 10 — Maiorian. 2 — Anthem. 1, fortasse etiam Anthem. 2 (actum sub die eodem).

[4]) Novellae a Theodosio II. Valentiniano III. missae atque in imperio Occidentali promulgatae exemplaria repraesentant in scriniis sacris Constantinopolitanis custodita: argumento sunt

Sed eiusmodi subscriptiones utpote neque ad doctrinam neque ad fori usum utiles librarii mature mutilare coeperunt ratione admodum varia: ita evenit, ut quaedam in libris melioribus omissae servatae sint in deterioribus adeoque non raro in solis decurtatis, quoniam eius generis codices passim textu omisso una cum inscriptione et interpretatione adferunt subscriptiones. Novellarum Valent. 19 — 21, 1 — 21, 2 — 23 — 25 — 27 — 31 subscriptiones breviatas esse in *Γ* Breviariique libris melioribus, subscriptionem nov. Valent. 1, 3, quae deficit in *Γ*, in Breviarii libris plerisque laterculus supra propositus docet. Harum subscriptionum particulae habentur in libris his:

| | | |
|---|---|---|
| Valent. 1, 3 | subscriptionem imperatoris praebent | *ESL Paris. 4414. 4415,* |
| | diem constitutionis in senatu recitatae | *E Paris. 4414. 4415.* |
| Valent. 19 | subscriptionem imperatoris praebent | *EXCPMSLΦιΔ O,* |
| | diem constitutionis propositae | *XC Paris. 4409 [Vat. reg. 1048. Bern. 263]. 4414. 4415ι*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4411* [1]). |
| Valent. 21, 1 | locum constitutionis propositae praebent | *GXCPMιΔΨΘΩΣΞ Paris. 4413* et ex parte *Paris. 4414. 4415ιParis. 4408. 4411.* |
| Valent. 21, 2 | diem constitutionis acceptae et propositae servant | *GXCPM Paris. 4409. 4410. 4414. 4415ι*ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4413* [2]). |
| Valent. 23 | diem constit. propositae praebent | *GXCM Paris. 4409. 4414. 4415ιΔ OΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413.* |
| Valent. 25 | dies const. propositae invenitur in libris | *GXCPM Paris. 4409. 4414. 4415 ιΔΨΘΩΞ Leid. Paris. 4408. 4413.* |
| Valent. 27 | diem const. propositae habent | *Paris. 4414. 4415 cum Cui. (ed. 1).* |
| Valent. 31 | diem const. acceptae et locum const. propositae solus servat | *Cui. (ed. 1) ex codice hodie deperdito ad classem E pertinente.* |

Singularis praeterea subscriptionum nonnullarum particula, scilicet quae consule altero deficiente poni solet formula *et qui fuerit nuntiatus*, quam plerumque librarii simpliciter sustulerunt, in codicibus *E* cum decurtatis *Paris. 4414. 4415*, *L* atque Pithoeano deperdito (**Δ*) cum decurtatis *Leidensi* et *Parisino 4408* his locis servatur [3]):

| | |
|---|---|
| Theod. 1 suppletur ab | *E *EL Parisin. 4414. 4415ιLeid. Parisin. 4408,* |
| Theod. 2 | **Δ Leid.,* |
| Theod. 3 | *E Parisin. 4414ι*Δ Leid.,* |
| Theod. 9 | **Δ Leid. Parisin. 4408.* |

Haec omnia, cum postea adiecta esse nullo modo credi possint, ex eodem Breviarii archetypo proficisci manifestum est, a quo codices emendati *ESKL(Φ)* cum decurtatis *Parisinis 4414. 4415* neque minus tertiae syllogae libri pendent.

## II. Corporis Maioriani constitutiones extra Breviarium positae.

Constitutiones corporis Maioriani non receptae in Breviarium sunt hae:

*Theodosii II.* 4 — 5, 1 — 5, 2 — 5, 3 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 10, 1 — 10, 2 — 12 — 15, 2 (servavit solus *Γ*) — 17, 1 — 17, 2 (servavit solus *Γ*, particulam textus habet *Iust.*) — 18 — 19 — 21 — 23 — 24 — 25 — 26,

---

novellae extra Breviarium positae Theod. 7, 4 et 26 ad magistratus plures *eodem exemplo* datae. Marciani novellae in Breviarium relatae indidem originem ducunt (cf. nov. Marcian. 2). Neque minus Maiorianus constitutiones suas, quas Novellarum corpori a se condito inseruit, ex scriuio memoriae deprompsit.

[1]) Compendium *cons. s(upra) s(criptis)* corruptum est in omnibus libris; *Parisini 4414. 4415* servant *constpl. urp.*, **ΔΔΩΣΞ Leid. Paris. 4408. 4411* non habent nisi *cons.*, in *Parisino 4409 [Vat. reg. 1048. Bern. 263]* legitur *subscrip̄.*, nihil extat in *XC.*

[2]) Compendium *s(upra) s(criptis)* non extat nisi in *GXCPM.*

[3]) Similiter in Theodosiano breviato eadem formula oblitterata est paucis locis exceptis, scilicet 5, 1, 9 p. 219, 5, ubi secundum Mommsenum reperitur in libris *HNN* Paris. 4414. 4415*

*Valentiniani III.* 1, 1 (servavit solus Γ) — 1, 2 (servavit solus Γ in fine mutilam) — 2, 1 (periit in Γ neque aliunde eam habemus) — 2, 2 (periit in Γ, servaverunt integram syllogae tertiae libri Δ O, particulam *Fuld.*) — 2, 3 (periit in Γ, habent *Cuiaciana*) — 2, 4 (extrema sola habet Γ, principium servaverunt *Cuiaciana*) — 3 — 4 — 5 — 6, 1 — 6, 2 — 6, 3 (excidit in Γ, integram servaverunt Δ O, particulam *Fuld.*) — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 8, 1 — 8, 2 — 9 — 10 — 11 — 12 — 13 — 15 (excidit in Γ neque est in indice, servaverunt *Cuiaciana*) — 16 (excidit in Γ neque est in indice, integram servaverunt Δ O, fragmenta *Phillipps. 1735* et *Fuld.*) — 17 — 20 — 22 — 24 — 26 — 28 — 29 — 30 — 34 (excidit in Γ neque est in indice, integram servaverunt Δ O, particulam *Fuld.*) — 36,

*Maioriani* 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — 8 (index in Γ, ipsa periit) — 9 (index in Γ, ipsam servaverunt integram Δ O, particulam exhibet *Fuld.*) — 10 (index in Γ, ipsa periit) — 12 (index in Γ, ipsa periit).

Quae constitutiones praeter eas, quarum unicum tantummodo exemplum ad nos pervenit (scilicet Theod. 15, 2 — 17, 2 magna ex parte — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 4 extrem. in solo codice Γ, Valent. 2, 3 — 2, 4 princ. — 15 in *Cuiacianis*, Valent. 2, 2 — 6, 3 — 16 ex parte — 34 — Maiorian. 9 in *tertiae syllogae libris*), reperiuntur et in codice Γ et in tertiae syllogae libris Δ O, passim accedentibus *Fuld.* ΨΘΩ (hi tres in Maioriani sex primis) et ΣΞ. — Praeterea ex primae syllogae excerptis ad novellarum extra Breviarium positarum crisin aliquantum valent *Vaticanus 3833* (nobis *Deusd.*), qui nov. Valent. 17 exhibet, et *Phillippsianus 1735* Valent. 16 et 24 proponens, ex tertiae syllogae excerptis *Parisinus 12445* (nobis *D*), qui Valent. 8, 1 et 8, 2 servavit. — Aliunde exemplaria non pendentia a corporis Maioriani syllogis suppetunt *Iustinianus* ad nov. Theod. 5, 2 — 6 — 7, 1 — 7, 2 — 7, 3 — 7, 4 — 8 — 10, 1 — 12 — 17, 2 — 19 — 21 — 24 — 25 — 26, *sylloge canonica Coloniensis* (nobis *Colon.*) ad Valent. 17.

Item nunc, ut supra factum est, primum laterculus differentiarum graviorum, quae intercedunt inter syllogas primam et tertiam singulosque codices, proponetur, tum de textus crisi iudicium feretur in hac quaestione longe simplicius.

| | | |
|---|---|---|
| Theod. 4, 14 | elicito] ΓO | subito Δ |
| — 4, 24 | studia] Γ | iudicia Δ O |
| — 4, 27 | quam si] ΓΔ | nisi O |
| — 5, 1 inscr. (cf. Theod. 6 inscr. — Maiorian. 5 inscr.) | $\overline{\text{crp}}$] Γ | comite $\overline{\text{pf}}$ Δ, comiti O |
| Theod. 5, 1, 3/4 | non inlustrat .... conscientia] Δ O | *om.* Γ |
| — 5, 1, 13 | vicerit] ΓO | subiecerit Δ |
| — 5, 1, 15 | petitionis vacante formidine] Γ | petitioni sue ante formidinem Δ, ante petitionis suae formidinem O |
| — 5, 1, 18 | magnitudinis] ΓΔ | celsitudinis O |
| — 5, 2, 4 | ac limitotrofis nec non etiam] Δ O | *om.* Γ |
| — 5, 2, 12 | fundorum] Γ *cum Iust.* | *om.* Δ O |
| — 5, 3, 7 | persicis] Γ | perspicis Δ, perspicuis O |
| — 6, 14 | legis in morem] Γ | leges et morem O, ergo si timore Δ |
| — 7, 3, 11/12 | interpretandi scita ... sciat sublimitas tua] ΓΔ | intelligatur dicimus O |
| — 7, 4 subscr. | et exconsuli ordinario] Δ O | *om.* Γ |
| — 12 inscr. (*item* inscr. Theod. 17, 1 — 18 — 21 — 24 — — 25 — Valent. 20) | $\overline{\text{impp}}$. theod. et valent.] ΓΔ | idem O |
| Theod. 19, 20 (*item* 21, 35) | f(rater) a(mantissime)] Γ | $\overline{\text{pkl}}$ Δ, pater karissime O |

*Clerm. Montisp. 136*[1] Θ *(Berol. 150)* Ω *(Paris. 9652) Paris. 4408. 4413*, et 9, 45, 4 p. 524, 6, ubi habetur et in Theodosiani integri libro *V* et in Breviarii codicibus plenis $E^1Q$ et teste Haenelio *Ottoboniano 2225.*

| | | |
|---|---|---|
| Theod. 21 inscr. | flegetio] Γ *cum Iust.* | florentio ΔO |
| — 21, 7 | ideoque] *Iust.* | inde ΓΔO |
| — 21, 8 | ūū. s̄s̄.] Δ, viris spectabilibus Γ *cum Iust.* | viris sullimissimis O |
| — 21, 17/19 | librarum auri . . . . officium decem] ΔO | *om.* Γ |
| — 21, 32 | vel] *Iust.* | *om.* ΓΔO |
| — 23, 5 | cum voti] O | cum moti Γ, convocati Δ |
| — 24 inscr. | nomo] *Iust.*, numo ΔOΣΞ *cum Grom.* | ciro Γ |
| — 24, 31 | addicendam] Γ | *om.* ΔOΣΞ |
| — 24, 53 | emptionis] ΔΣΞ | temptationis O, actionis Γ |
| — 24, 54 | contra] Γ *cum Iust.* | adversus ΔOΣΞ |
| — 24, 66 | ante quam] O, antiquam ΔΣΞ | secundum Γ |
| — 25, 7/8 | inlustrium nec non etiam silentiariorum] ΓOΣΞ | *om.* Δ |
| — 25, 17 | excusationis ut metati onere sit inmunis] Γ | excusationis rationes res sit immunis ΔΣ, excussationis resistit inmunis Ξ, immunitatis utatur O |
| — 25, 52 | fr(ater) a(mantissime)] ΔOΣΞ | finem Γ |
| — 26, 2 | praecedens] Γ | praesens ΔΣΞ, pressis O |
| — 26, 26 | discriptionis excogitatum est volumus ob] ΔOΣΞ *cum Iust.* | *om.* Γ |
| — 26, 55 | liberarunt] Γ | relevarunt ΔOΣΞ |
| — 26, 64/65 | citra suggestionem his piis dispositionibus adversa] ΓΔΣΞ | contraria legi O |
| — 26 subscr. | eodem exemplo . . . inlyrici] Γ | *om.* ΔOΣΞ |
| Valent. 2 rubr. | de postulando] Γ *(lat.)* O | de postulando divi valentiniani *ΔΔ *Fuld.*, *def.* Γ *(context.)* |
| — 2, 2 inscr. | impp. th. et val. āā. fausto p̄p̄ō] O | *om.* Δ, *def.* Γ |
| — 2, 2, 13 | defaecatos] O | edificatus Δ, *def.* Γ |
| — 2, 2, 14 | ad agendum] Δ | ad advocandum O, *def.* Γ |
| — 2, 2, 29 | remuneramus nam] O | remuneratione Δ, *def.* Γ |
| — 3 rubr. | qui ad clericatum transierunt] Γ | *om.* *ΔΔO *Fuld.* |
| — 3, 9 | decernimus] Γ | sancimus ΔO |
| — 3, 29 | liberos] Γ | filios ΔO |
| — 4 rubr. | elicitum] Γ | *om.* *ΔΔO *Fuld.* |
| — 4, 4 (*item* 6, 1, 9 — 7, 1, 30 — 7, 2, 25 — 8, 1, 39/40 — 8, 2, 13 — 11, 13 — 12, 16 — 20, 4 — 36, 10 — Maiorian. 2, 80) | magnitudo] Γ | magnificentia ΔO (*hi duo def.* Maiorian. 2, 80) ΣΞ (*hi duo* Valent. 8, 2, 13 — 36, 10) ΨΘΩ (*hi tres* Maiorian. 2, 80) D (Valent. 8, 1, 39/40 — 8, 2, 13) |
| Valent. 5, 20/21 | per millenas . . . . vecturarius] ΓΔ | omnis romanus civis O |
| — 6, 1 inscr. | comiti et magistro utr. mil.] ΔO | *om.* Γ |
| — 7, 2, 13 | et a rationalibus licet auferebatur facultas] ΓΔ | facultatem tribuimus O |
| — 7, 2, 14 | praecepto] O | presepio ΓΔ |
| — 8, 2 subscr. | p̄c̄ valent. ā. v et anatolii ūc̄] Γ | p̄c̄ valent. ā. ΔΣΞD, ipso augusto consule O |
| — 9, 12 | hoc admonemus] Γ | nostros(-tro O) monemus ΔO |
| — 9 subscr. | et manu divina . . . . et ad latus, *item* valent. a. et anatolio ūc̄. conss.] ΔO | *om.* Γ |
| — 10, 4 | utili aequitate] Γ | uti equitatum Δ, salva aequitate O |
| — 10, 33 | ac tenuioribus] ΔO | ante moribus Γ |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Valent. | 10, 39 | salutem] Γ | statim Δ, statum O |
| — | 10 subscr. | acc. prid. id. mart. ubi sup.] Δ | *om.* ΓO |
| — | 11 subscr. | p̄p̄. in foro traiani] ΔO | *om.* Γ |
| — | 13 rubr. | et de sacro auditorio] Δ *Fuld.* | *om.* ΓO |
| — | 13, 12 | teloneo] *sic fere* Γ | colone Δ, colonis O |
| — | 13, 35 | negotii repetitione] ΓO | secundum petitionem Δ |
| — | 13, 62 | reliquiarum] Γ | provinciarum ΔO |
| — | 16 inscr. | ad p(opulum) r(omanum)] *Phill.* 1735 | edictum ad populum urbis romae ΔO, *def.* Γ |
| — | 16, 12 | ampgtetur] Δ | auferatur O, *def.* Γ *Phill.* 1735 |
| — | — | dabuntur] O | aguntur Δ, *def.* Γ *Phill.* 1735 |
| — | 17 inscr. | d̄d̄. n̄n̄. (*sic Colon., om. reliqui*) imp̄p̄. theod. et valent. āā.] *sic fere* ΔOΣΞ *cum Colon.* | imp. valent. ā. *Deusd., om.* Γ |
| — | — | aetio viro inl. com. et mag. utriusque militiae et patricio] *sic fere* ΔOΣΞ | aetio patricio *Colon., interpol. Deusd., om.* Γ |
| — | 17, 7 | enim] Γ *cum Colon.* | enim demum ΔOΣΞ *Fuld., om. Deusd.* |
| — | 17, 14 | inconpetenter removit indecenter alios] ΔOΣΞ *cum Colon.* | *om.* Γ *cum Deusd.* |
| — | 17, 19 | religiosi viri urbis] ΔOΣΞ, religiosi virissimis *Colon.* | urbis Γ *cum Deusd.* |
| — | 17, 20 | lata sententia est] Γ *cum Deusd. et* ΔOΣΞ | bona sentiant *Colon.* |
| — | 17, 22 | provocavit] ΔOΣΞ *cum Colon.* | probavit Γ *cum Deusd. et Cui. ed.* 1 |
| — | 17, 27 | censemus] Γ *cum Deusd. et Colon.* | de(dis- Δ)cernimus ΔOΣΞ |
| — | 17 subscr. | valent. a. vi et nomo] Γ | valent. a. vi (victore Σ) ΔOΣΞ, valent. a. *Deusd., def. Colon.* |
| — | 26 rubr. | legum divi theod. aug̃. quae latae sunt post theodosianum] Γ | legum novellarum (*om.* O [*context.*]) divi (*om.* O) theod. aug̃. (*om.* *ΔΔOΣΞ) *ΔΔOΣΞ *Fuld.* |
| — | 26 inscr. | theod. et valent. āā.] ΓΔΣΞ | valentinianus O |
| — | 29, 2 | utilitatibus] ΓΔ | necessitatibus O |
| — | 34, 11 | emolumenti accedit] O | emolumentis agnoscet Δ, *def.* Γ |
| — | 34, 14/15 | praetorianam ... depulsis] O | *om.* Δ, *def.* Γ |
| — | 34, 22/23 | statuo quoniam ... concessa] Δ | censeo O, *def.* Γ |
| — | 34, 28 | auspice deo (eos in) africam redire] Δ | meliore auspicio ubertas rerum africae O, *def.* Γ |
| — | 34, 35 | programmate] Δ | pragmatico O, *def.* Γ |
| — | 36, 17 | samnio quinque milia quadringentorum] ΓO | *om.* ΔΣΞ |
| — | 36, 17/19 | mille nongentorum ... praestatione] ΔOΣΞ | milli (*reliquis omissis*) Γ |
| — | 36, 20 | porcinae] Γ | portione (-nem ΣΞ) ΔΣΞ, *def.* O |
| Maiorian. | 1 rubr. | de ortu imperii d(omi)ni maioriani ā.] *sic fere* Γ (*context.*), de ortu imperii sui Γ (*lat.*) | de ortu imperii divi maioriani ΨΘΩ, de ortu imperii *Aegid.* |
| — | 1, 16 | nostri] ΨΘΩ | vestri Γ |
| — | 1, 17 | omnibus] Γ | communibus ΨΘΩ |
| — | 2, 11 | debitis] Γ | divitiis ΨΘΩ |
| — | 2, 19 | praeteritis] ΨΘΩ | peritis Γ |
| — | 2, 46 | atrocitate] Γ | auctoritate ΨΘΩ |
| — | 2, 61 | adnitente] Γ | admonentes ΨΘΩ |
| — | 2, 81 | ex nostra] ΨΘΩ | ea Γ |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Maiorian. | 2 subscr. | acc. v id. ss. raũ.] *Γ* | *om.* *ΨΘΩ* |
| — | — | d. n. maioriano a. i cons.] *Γ* | ipso ā. consulibus *ΨΘΩ* |
| — | 3, 5 | morem omnibus contemptum revocandum] *scripsimus* | more oms contempdum *Γ*, morem revocandum *ΨΘΩΞ* |
| — | 3, 6 | electi (elicti *Ξ*)] *ΨΘΩΞ* | edicti *Γ* |
| — | 3, 13 | se urbiumque conspectibus] *ΨΘΩΞ* | si urbium *(sequitur spatium vacuum)* fectibus *Γ* |
| — | 3, 14 | conperto] *Γ* | percepto *ΨΘΩ*, praecepto *Ξ* |
| — | 3 subscr. | d. n. leone et maioriano aa. conss.] *Γ* | maioriano a. i cons. (conss. *Ω*) *ΩΞ*, *def.* *ΨΘ* |
| — | 4 rubr. | publicis] *ΓΩ (context.) Aegid.* | curialium *ΨΘΩ (lat.)* |
| — | 4, 16 | revocanda] *ΨΘΩ* | vindicando *Γ* |
| — | 4 subscr. | d. n. leone et maioriano] *Γ* | ipsis *ΨΘΩ* |
| — | 6, 7 | sanctam] *Γ* | sacrosanctae *ΨΘΩ* |
| — | 6, 42 | sola falcidiae] *Γ* | sola f(t-*Θ*)allatiae *ΘΩ*, solatiae *Ψ* |
| — | 6, 55/56 | eo eligunt ut] *Γ* | colliguntur *ΨΘΩ* |
| — | 9, 4 | immo] *O* | immemor esse et *Δ*, *def.* *Γ* |
| — | 9, 8/9 | quocirca .... adspirare] *Δ* | *om.* *O*, *def.* *Γ* |
| — | 9, 13 | utilitatibus] *Δ* | viribus *O*, *def.* *Γ* |
| — | 9, 21 | plecti commissum simile censeamus] *Δ* | simile commissum censeat plecti *O*, *def.* *Γ* |

1. Longe meliorem originem quam primae neque minus tertiae syllogae codices lectiones produnt in *codice Coloniensi 212* ad novellam Valent. 17 servatae, quae gravioribus constitutionis ipsius locis semper fere verum exhibent, sive una cum *Γ* et *Deusd.* (ut 17, 7 — 17, 27), sive cum *ΔΟΣΞ* (ut 17, 14 — 17, 19 — 17, 22). Semel tantum (17, 20) codex interpolatus est; inscriptio breviata habetur, subscriptio deest. ***Colon.***

*Iustinianus* non interpolatus pristinam lectionem aut solus servavit (ut Theod. 21, 7 — 21, 32) aut una cum *Γ* (ut Theod. 5, 2, 12 — 21 inscr. — 24, 54) aut cum tertiae syllogae codicibus (ut Theod. 24 inscr. — 26, 26). ***Iust.***

2. Codex *Γ* tertiae syllogae libris saepenumero praestat: hiatus explet Theod. 5, 2, 12 (cum *Iust.*) — 24, 31 — Valent. 3 rubr. — 4 rubr. — 26 rubr; persaepe veram lectionem contra alterum typum corruptum habet, ut Theod. 4, 24 — 5, 1, 15 — 5, 3, 7 — 6, 14 — 24, 54 (cum *Iust.*) — 25, 17 — 26, 2 — Valent. 9, 12 — 10, 4 — 10, 39 — 13, 12 — 13, 62 — 17, 7 (cum *Colon.*) — 17, 27 (cum *Deusd.* et *Colon.*) — 36, 20 — Maiorian. 1, 17 — 2, 11 — 2, 46 — 2, 61 — 3, 14 — 6, 7 — 6, 42 — 6, 55/56. Compendia legitima aut recte scripta aut leviter corrupta retinet Theod. 5, 1 inscr. (6 inscr. — Maiorian. 5 inscr.) — 19, 20 (21, 35); nomen magistratuum servavit Theod. 21 inscr. (cum *Iust.*). ***Γ***

Cum libro *Γ* plerumque consentit cardinalis Deusdedit collectionis canonicae *codex Vaticanus 3833*, qui novellam Valent. 17 exhibet. Neque enim solum verae lectiones hic illic communes eis sunt (ut 17, 20 — 17, 27), verum etiam in hiatibus (ut 17, 14 — 17, 19) erroribusque (ut 17, 22) uterque concordat. Contra, ubi a *Γ* recedit, ad textum tertiae syllogae Deusdedit numquam accedit. Graves porro sunt differentiae, quae inter eum et *Coloniensem* intercedunt, ut loci 17 inscr. — 17, 7 — 17, 14 — 17, 19 — 17, 20 — 17, 22 — 17 subscr. manifeste ostendunt. Reicienda igitur est Conrati sententia, qui (*Quellen und Litteratur* p. 146 not. 4) novellam Valent. 17 a Romanae syllogae compilatore depromptam esse arbitretur ex Coloniensi. Adhibuit potius compilator codicem syllogae primae in Italia scriptum atque saeculo XI Romae custoditum, qui plerisque neque vero omnibus locis, ut Valent. 17 inscr. docet, cum libro *Γ* convenit. ***Deusd.***

3. Archetypum alterum, scilicet tertiam syllogen, in constitutionibus Theodosianis et Valentinianis potissimum repraesentant *ΔΟ*, in novellis Theod. 12 — 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 17 — 26 — 28 — 36 accedunt libri *ΣΞ*, in nov. Valent. 8, 1 — 8, 2 codex *D*. Qui libri hiatus codicis *Γ* saepissime explent, ut 5, 1, 3/4 — 5, 2, 4 — 21, 17/19 — 26, 26 (*ΔΟΣΞ* cum *Iust.*) — Valent. 6, 1 inscr. — 13 rubr. (*Δ Fuld.*) — 17 inscr. (*ΔΟΣΞ*, ex parte consentiente *Colon.*) — 17, 14 (*ΔΟΣΞ* cum *Colon.*) — 17, 19 (ubi veram lectionem *religiosi* ***Tertia sylloge: ΔΟΣΞ***

*viri urbis*, corruptam in *Colon.* in *religiosi virissimis*, praebent *ΔΟΣΞ*, cum *Γ* et *Deusd.* non servent nisi *urbis*) — 36, 17/19 *(ΔΟΣΞ)*. Neque raro eorundem codicum ope lectiones libri *Γ* corriguntur, ut Theod. 24, 53 *(ΔΣΞ)* — Valent. 10, 33 — 17, 22 *(ΔΟΣΞ* cum *Colon.)*. Compendia hi quoque interdum forma meliore retinent, ut Theod. 21, 8 *(Δ)* — 25, 52 *(ΔΟΣΞ)*; nomen magistratus Theod. 24 inscr. recte contra *Γ* servaverunt *(ΔΟΣΞ* cum *Grom.* et *Iust.)*.

*ΨΘΩ* In constitutionibus Maioriani, quae absunt a codicibus *ΔΟΣ (context.)*, in eorum locum succedunt libri *ΨΘΩ*, quos et ipsos pendere a communi tertiae syllogae archetypo in capite quarto demonstravimus; praeterea novellam Maioriani 3 solam habet *Ξ*. Ita quae diximus in Theodosianis et Valentinianis de *ΔΟΣΞ*, de libris modo laudatis in Maiorianis valent: saepenumero contra codicem *Γ* veram lectionem servaverunt, ut Maiorian. 1, 16 — 2, 19 — 2, 31 — 3, 6 *(ΨΘΩΞ)* — 3, 13 *(ΨΘΩΞ)* — 4, 16; locos graviores, quibus a *Γ* vincuntur, supra (sub 2) dedi. — Inter codices *ΨΘΩ* principem locum tenet *Ω*, id quod in capite quarto (p. LII) vidimus; exemplo est Maiorian. 4 rubr., ubi *Γ* cum *Ω (context.)* et *Aegidianis* primitivam lectionem servavit, *ΨΘΩ (lat.)* interpolati sunt.

4. Itaque et virtutibus et vitiis primae et tertiae syllogae codices aequales sunt nec raro evenit in utriusque familiae dissensu, ut utri te applices dubites: exempli causa Theod. 26, 55 — Valent. 3, 9 — 3, 29 — Maiorian. 6, 7 et ibi (vide ad Valent. 4, 4), ubi in *Γ* est *magnitudo*, in tertiae syllogae codicibus legitur *magnificentia*. Commemoratione dignum est Maiorian. 3, 5 utriusque familiae lectiones corruptas breviatasve *(more ōns contempdum Γ, morem revocandum ΨΘΩΞ)* coniungi oportere ad restituendum textum primitivum *morem omnibus contemptum revocandum*.

*ΔΟ* 5. Ubi inter se differunt libri *Ο* et *Δ*, a cuius partibus stant *ΣΞ Fuld.*, ex supra dictis sequitur veram lectionem esse eam, quam *Γ* exhibet. Ita *ΓΔ* contra *Ο* decurtatum vel interpolatum verum servaverunt cum aliis locis tum his: Theod. 4, 27 — 5, 1, 18 — 7, 3, 11/12 — 26, 64/65 *(ΓΔΣΞ)* — Valent. 5, 20/21 — 7, 2, 13 — 26 inscr. *(ΓΔΣΞ)* — 29, 2; *ΓΟ* libro *Δ* praestant Theod. 4, 14 — 5, 1, 13 — 25, 7/8 *(ΓΟΣΞ, om. Δ)* — Valent. 13, 35 — 36, 17 *(om. ΔΣΞ)*. Contra pauci loci inveniuntur, ubi *Δ* contra *ΓΟ* verum exhibet, ut Theod. 24, 53 (cum *ΣΞ*) — Valent. 10 subscr. *(om. ΓΟ)* — 13 rubr. (cum *Fuld.*, *om. ΓΟ*), nullus, ubi verum dat *Ο* contra *ΓΔ*: nam fallunt loci Theod. 23, 5 — 24, 66 — Valent. 7, 2, 14, qui coniecturae speciem prae se ferunt. Ceterum quamquam codicis *Ο* archetypum non deterius erat archetypo codicis *Δ*, hic tamen, ut in corporis Maioriani constitutionibus in Breviarium receptis (vide p. LXXXII), ita in novellis plerisque extra Breviarium positis longe praestat fide ac veritate. Neque enim solum ubi *Ο* libris *ΓΔ* cedit, falsae lectiones eius Willelmi Malmesburiensis interpolationibus aut breviationibus tribuendae sunt, verum etiam ubi librorum *ΔΟ* archetypum corruptam lectionem exhibebat, Malmesburiensis coniecturis temerariis quamvis sagacibus inde aut meliorem aut peiorem effecit, ut Theod. 5, 1, 15 — 5, 3, 7 — 25, 17 — 26, 2 — Valent. 10, 4 — 10, 39 — 13, 12.

In iis autem constitutionibus, quae in codice *Γ* deficientes libris *ΔΟ* solis servantur, scilicet Valent. 2, 2 — 16 — 34 — Maiorian. 9, quamquam, ut in ceteris, certo dignosci non potest utrum verae, quas habet *Ο*, lectiones ex archetypo descriptae sint an emendatae, Oxoniensis haud ita parvi pretii est, ut Valent. 2, 2 inscr. — 2, 2, 13 — 2, 2, 29 — 16, 12 — 34, 11 — 34, 14/15 — Maiorian. 9, 4 docent. Neque vero desunt loci, ubi etiam in his novellis *Ο* interpolatus vel breviatus libro *Δ* cedit, ut Valent. 2, 2, 14 — 16, 12 (altero loco) — 34, 22/23 — 34, 28 — 34, 35 — Maiorian. 9, 8/9 — 9, 13 — 9, 21.

*Subscriptiones* 6. Subscriptiones syllogae primae et tertiae invicem se explent. Integrae vel certe pleniores adsunt in codice *Γ* Theod. 26 *(eodem exemplo* cet.*)* — Valent. 8, 2 — 17 — Maiorian. 2 (dies constitutionis acceptae) — 3 — 4, in alterius familiae codicibus Theod. 7, 4 — Valent. 9 (subscriptio imperatoris, consules in *ΔΟ*) — 10 (dies constitutionis acceptae in *Δ*) — 11 (dies constitutionis propositae in *ΔΟ*).

*Rubricae* Rubricarum formam primitivam in *Γ* servatam tertiae syllogae codices passim interpolaverunt: sic Valent. 2 pro *de postulando* libri **ΔΔ Fuld.* (*Ο* breviatus est) exhibent *de postulando divi valentiniani*, Valent. 26 corporis Maioriani verba *legum divi theod. aug̃. quae latae sunt post theodosianum* omnes mutaverunt in *legum novellarum divi theod. aug̃.*, denique Maiorian. 1 pro *d(omi)ni maioriani* scribunt *divi maioriani*.